



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

296. Item de malefactoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quod Episcopi protegere & defendere populum debent. *Ex Concilio Toletano.*

Concil. Tolet.

4. c. 32.

Burchard. lib.

15. c. 1.

\* Leg. com-  
monitione

C C X C V . Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam sibi curam non ambigant ; ideoque dum conspiciunt judices ac potentes pauperum oppressores existere , prius eos sacerdotali \* communione redarguant ; & si contemperint emendari , eorum insolentiam regiis auribus intiment ; ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam , regalis potestas ab improbitate coiceat .

Item de malefactoribus. *Ex Concilio Triburiensi cap. viii.*

Concil. Tri-  
bur. c. 3. §.

C C X C V I . Conquesti sunt quidam de quibusdam malefactoribus , quorum tam iniuria improbitas est ut admonitionem sacerdotum non curent , bannum Episcoporum contemnant , ad synodum ter quatérque vocati venire despiciant , ad extremum excommunicari pro nihilo ducant . De talibus etiam in Capitulari statutum est regiae cognitioni suaderi debere . Et devoto Regi Arnulfo cum sancta synodo placuit ut quicunque post excommunicationem debitam sic Deum parvi affimant & Christianitatem , seculari potestate persequendos ; & si interficiantur , jaceant absque compositione .

